



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Concessio Indvlgentiae celebrantibus, & conuenientibus ad Missam
congregationum foranearum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

dulgentiam, & remissionem concedimus, & elargimur. Contrarijs non obstantibus quibuscumque. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die quinto Aprilis, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Pontificatus nostri, Anno octauo.

Ca. Glorietius.

CONCESSIO INDVLGENTIAE
celebrantibus, & conuenientibus ad Missam
congregationum foranearum.

GREGORIUS PAPA XIII.



Niuerfis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesię thesauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis Sacerdotibus Prouincię Mediolanensis, qui Missam congregationis quę quolibet mense à Sacerdotibus foraneis ad præscriptum Decreti Prouincialis Mediolanen. habetur, celebrauerint, nec non omnibus Christi fidelibus qui dictę Missę interfuerint, unũ annum de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis poenitentijs misericorditer in Domino relaxamus. Presentibus perpetuò valituris. Dat. Romę apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die X. Aprilis, Millesimo, Quingentesimo, Octogesimo. Pontificatus Nostri, Anno octauo.

Ca. Glorietius.

CONCESSIO INDVLGENTIAE
certa hora orantibus pro defunctis.

GREGORIUS PAPA XIII.

V Niuerfis Christi fidelibus in Prouincia Mediolanen. constitutis presentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. fidelium defunctorum animas viuorum suffragijs iuuari pia charitate cupientes, spiritualia munera libenter proponimus, ut ijs al-

lecti